



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 13. Bulla Nicolao Pelleveo a Papa concessa pro Senonensi  
Archiepiscopatu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul XVI.  
A.C. 1562. livisceretur, quibus se offensum exhibebat.

## §. XIII.

*Nicolaus Pelveus in Archiepiscopum Senonensem Pontificio diplomate nominatus.*

*Pallav. n. 2.* Sub idem tempus epistola Borromæi ad Lotharingium Cardinalem perlata est, quæ plurimum ad eum cum Papa reconciliandum contulit; nam per eam significabatur, Nicolao Pelveo, quem supra memoravimus, concessum fuisse Senonensem Archiepiscopatum a Pio IV. in Lotharingii Cardinalis gratiam, hanc enim Sedem Pelveo Guisius Cardinalis cedebat, cui etiam Legati datis ad eundem literis sæpius hunc Episcopum commendabant, ei exponentes, hunc Præsulem, cum a Lotharingio Cardinale plurimi haberetur, abs dubio toto studio procuraturum, ut Lotharingius quoque Synodi negotia promoveret, dummodo ejus petitis annueretur: præcipue cum idem Cardinalis facile placandus foret ejusmodi favore, quem veluti sibimetipsi prælitum respiceret, ut proin hac via inter Sanctitatem suam, & Lotharingium priusina amicitia plene restitueretur.

## §. XIV.